DECISIONVM FORI FIVIZANENSIS,

ALIORVMQVE TRIBVNALIVM IN ITALIA INSIGNIVM,

Peregrinarum, practicabilium valde, & amabilium,

AVCTORE

D. BORGNINO CAVALCANO,

ADVOCATO FIVIZANENSE EPISCOPATVSQVE
Papiæ Vicario generali, per XL. annos Practico,

Liber ſiue titulus Tertius,

DE VLTIMIS VOLVNTATIBVS.

QVARVM MATERIAM ADEO LVCVLENTER, DILVCIDE, NERVOSE, prolixe ac copioſe tractat, vt ſingula Deciſiones Tractatus inſtar eſſe poſſint, alibiq́, quam hic, ſi in caſu quopiam deciſionem & concluſionem Doctorum perfectam, cum Rationibus, Auctoritatibus, & Reſolutionibus habere velis, materia laborioſius quærenda non ſit.

QVO NOMINE OMNIBVS DECISIONIBVS, PLVRIMORVM GERMANIÆ Iuriſconſultorum iudicio, quib. ſunt viſæ, facile palmam præripient, & ementibus, videntibus, perlegentibus, ruminantibus & intelligentibus grandem diminuent laborem.

POST ITERATAM ET PLVRIBVS ADDITIONIBVS ILLVSTRATAM Auctoris editionem diligenter repurgatus, et adhibita diuerſorum characterum compendioſa elegantia, nouis Indicibus tergeminis a Muſis Palthenianis inſtructius.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

1600

CVRA ET STVDIO
Collegii Muſarum Nouenarum Paltheniani.

Quod eſt

IN NOBILI FRANCOFVRTO.

DECISIONVM FORI FIVIZANENSIS, ALIORVMQVE CELEBRIVM IN ITALIA LOCORVM,

AVCTORE BORGNINO CAVALCANO,
Aduocato FiuiZanenſe Epiſcopatuſque Papiæ generali Vicario,

Pars Tertia Principalis.

QVÆ EST DE VLTIMIS VOLVNTAtibus, mere teſtamentaria.

ARGVMENTVM.

Monaſterium quando habeatur loco filii, & faciat deficere fideicõmiſſum hic late pertractatur; & quid in fratribus Hieroſolymitanis, & clericis.

Monachus, & filiis an debeant adire hereditatem ad fauorem monaſterii, & patris, & ſi nolunt adire, an pater, & monaſterium poſſit pro eorum intereſſe adire, vel reos cogere vt adeant, vide hic.

Lucrum acquiſitum filiis & Monachis ob tráſitum ad ſecundas nuptias virtute l.fœminæ, & l. hac edictali, C. de ſecund. nupt. quando monaſterium poteſt petere, vide hic late.

SVMMARIA.

1 *Fideicommiſſum euaneſcit per ingreſſum monaſterii, ſi teſtator filios ſuos inſtituendo eis ſubſtituat vulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum.*

Monaſterium an, & quando habeatur loco filii, & faciat deficere fideicommiſſum, hic late per totum tractatur, num. 1. & ſeq.

2 *Statutum diſponens teſtamenta debere intelligi ſine aliqua interpretatione ciuili vel canonica, in præiudicium monaſterii non valet.*

3 *Statuta & leges magis æquiparantur vltimis voluntatibus quam contractibus.*

4 *Voluntas teſtatoris omnino eſt ſeruanda etiam in præiudicium monaſterii, quando de ea clare apparet, & num. 31.*

5 *Statutum non poteſt facere quod ingrediens monaſterium non dicatur decedere cum filiis fictis in fauorem eccleſiæ.*

6 *Monaſterium non habetur loco filii in ſententia ad excluſionem ſubſtituti.*

7 *Opiniones Doctorum ſunt variæ, an monaſterium habeatur loco filii, ſi teſtator dixerit, ſi filius meus deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus, vel ſine filiis ex ſe vel ex ſuo corpore aut ex vero & legitimo matrimonio natis.*

8 *Monaſterium habetur loco filii ne ingrediens dicatur deceſſiſſe ſine filiis quod fallit quando ſubſtitutus eſt de deſcendentibus, vt num. 15.*

9 *Conditio ſi ſine filiis legitimis & naturalibus ex ſe aut ex ſuo corpore natis eſt turpis & inhoneſta, & induceret clericum ad fornicandum.*

10 *Contrahere matrimonium temporale, & parere filios, vel ſpirituale per ingreſſum religionis, & parere eccleſiam paria ſunt, & num. 21.*

11 *Monaſterium excludit ſubſtitutum, quia lex præſumit teſtatorem non cogitaſſe de monaſterio in tali ſubſtitutione.*

12 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum pro tenentib. negatiuam, quia teſtator expreſſit verba naturalia pregnantia, & non ciuilia in ſubſtitutione, & de filiis naturalibus, non autem ciuilibus intellexit, & nu. 24.*

13 *Exorbitantia non debent extendi ad alios caſus, quia ſunt ſtricte intelligenda.*

16 *Heres inſtitutus non poteſt elidere & irritam facere in fraudem fideicommiſſarii, & ſubſtituti ſubſtitutionem.*

17 *Doctores tenentes monaſterium excludere ſubſtitutum negant eſſe de mente teſtatoris velle excludere monaſterium, & admitti ſubſtitutum propter illa verba tam ampla, & pregnantia.*

18 *Teſtator quando dixit ſine filiis legitimis & naturalibus, vel ex vero matrimonio natis, videtur illud expreſſiſſe quod tacite inerat.*

19 *Monaſterium vltra legitimam præfertur filiis fauore religionis & animæ.*

20 *Ingrediens monaſterium dedicat ſe, & ſua bona ipſi monaſterio, quia a ſpiritu Sancto vocatur ad vitam contemplatiuam, vt nu. 21. 25. & 26.*

21 *Doctores tenentes monaſterium non excludere ſubſtitutum, propter illa verba ſi ſine filiis legitimis & naturalibus, ex ſe aut ex vero & legitimo matrimonio natis, dicunt allegata pro parte affirmatiua procedere in dubio.*

Allegans præſumptionem hominis debet eam probare

27 *Conditio ſi ſine liberis deceſſerit debet valere, vt valere poteſt, quia habet duas partes, prima ſi deceſſerit, ſecunda ſine liberis.*

28 *Neceſſarium illud dicitur cuius contrarium eſt im-*